Quelle: https://manuscripta.at/?ID=23
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Rubrica de beata virgine in aduentu domini in primis vesperis super ps antiphona

Ecce tu pulchra es amica mea ecce tu pulchra oculi tui columbarum ps Adixit dns an Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias ps Laudate pueri an Fauus distilans labia tua sponsa et odor uestimentorum tuorum sicut odor thuris ps Letatus sum an Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus ps Nisi dominus an Fons ortorum puteus aquarum uiuencium que fluunt impetu de lybano ps Lauda ierusalem dnm Capitulum Egredietur virga de radice yesse et flos de radice eius ascendet et requiescet super eum spus dni spus sapiencie et intellectus spus consilij et confortitudinis spus sciencie et pietatis et replebit eum spus timoris dni R Salue nobilis virga yesse salue flos campi maria Unde ortum est lilium conuallium V Odor tuus super cuncta preciosa ungenta fauus distillans labia tua mel et lac sub lingua tua. Unde or ympnus Aue maris stella V Aue maria gra magt Spus sctus in te descendet maria ne timeas habebis in utero filium dei alla Collec Deus qui de beate marie virginis utero verbum tuum angelo annunciante carnem suscipere voluisti presta supplicibus tuis ut uere eam dei genitricem credimus eius apud te intercessionibus adiuuemur per eundem Zw der complet Capitl Multe filie congregauerunt diuicias tu super gressa es uniuersas ympnus Fit porta xpi Zw dem Nunc dimittis Sub tuam protectionem confugimus